Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium rhetorices - Cod. Ettenheim-Münster 305

[S.l.], [Anfang des 18. Jahrh.]

Articulus de tropis seu verbis translatis

urn:nbn:de:bsz:31-131036

Visual Library

Articulus
De
Tropis, seu Verbis Translatis.

Q: Quid est Tropus?

R: Est verbi, vel sermonis à propria significatione in aliam cum virtute mutatio.

Q: Quotnam requiruntur ad Tropum rite conficiendum?

R: Duo. primum est, ut vox aut constructio nõ accipiatur in ea significatione, quam aliàs habet ex institutione hominum seu in usu communi, ac vulgari: Sed ponenda est in alia significatione, quam ex se, et ex institutione saltem primaria nõ habet. Dixi in significatione: quia nõ sufficit ad Tropum, ut una vox ponatur pro alia eiusdem significationis. v: g: Janua pro porta, papirus pro charta &c. Sed mutanda est significatio in aliam.

2dum est, ut, quoties mutatur significatio, id fiat cum virtute.

Q: quomodo fit cum virtute?

R: Quando fit apte, et convenienter. hoc est, quando adest aliqua convenientia, connexio, ratio, et dependentia inter duas res. si enim hoc desit, nõ habetur ratio, et fundamentum cur una vox ponatur pro altera.

unde connexio illa est medium, per quod ab uno extremo ad alterum, hoc est, ab una re ad aliam fieri potest transitus.

Q: unde desumitur talis connexio?

R: Ex locis topicis nempe partium distributione, genere, et specie, similitudine, contrariis, adjunctis, Antecedentibus, consequentibus, causa, effectu, et comparatione. quomodo autem hoc fieri debeat infra dicitur.

Q: quot numerantur tropi?

R: Undecim. Quorum septem in uno tantum verbo consistunt, reliqui verò quatuor pluribus verbis, sive integra sententia, aut constructione, vel etiam pluribus absolvuntur.

Q: quinam sunt tropi verborum, seu qui in uno tantum verbo consistunt?

R: Sequentes. Metaphora scilicet. Synecdoche, Metonymia, Antronomasia. Onomatopeia, Catachresis, Metalepsis.

Q: quinam sunt tropi sententiarum?

R: Hi quatuor, scilicet allegoria, Periphrasis, Hyperbaton, et Hyperbole. Sed prius agendum.

De Tropis Verborum.

Q: quid est Metaphora?

R: Est similitudo ad unum verbum contracta, seu clarius: Est translatio nominis, vel verbi, aburare cui proprie convenit ad aliam rem similem, cui nomen vel verbum illud improprie convenit.

Q: quid requiritur ad Metaphoram?

R: ut inter unam rem cui nomen vel verbum proprie convenit, et inter alteram, cui improprie convenit sit aliqua similitudo, quo pro insola ratio, ac fundamentum huig topici. &c.

Q: quomodo similitudo, ut est locus topicus differat à Metaphora?

R: Per hoc quod in similitudine semper unum cum altero conferatur, et ideo utriusq; rei nomina exacte ponantur, et quidē si expressa sit similitudo addantur particulæ sicut, velut &c. Si verò sit implicita, et occulta, hæ quidem particulæ similitudinem denotant omittuntur, sed tu utriusq; rei nomina ponuntur. In Metaphora autem unius

non confertur cum altero, neqs utriusqs rei nomen ponitur, saltem in recto, et æqualiter, ut in similitudine fieri solet; sed unum dicitur esse alterum proprio nimirum nomine, quod ei proprie competit, vel saltem competere potest, omisso, et nomine alterius rei, cui illi similis est, applicato.

Unde n̄ est Metaphora, si dicam: Eius oratio est melle dulcior. Licet omittatur particula sicut, sed solum est comperatio gramatica; quia nempe suavis oratio comperatur cum melle, et ipso dulcior depredicatur ob nimiam suavitatem: nam ad Metaphoram requiritur, ut unum propter similitudinem ponatur pro altero.

2do. n̄ est Metaphora si dico militia est vita super terram. Adolescentia est flos ætatis. Utraqs propositio est tantum definitio per similitudinem occultam. ratio huius rei ulterior est; quia ad Metaphoram n̄ sufficit, ut omittatur particula sicut: velut. &c. sed insuper unum debet poni loco alterius: quod in dictis propositionibus n̄ sit; nam in istis unum n̄ ponitur loco alterius, sed unum ad aliud scilicet utrumque, vita, et militia, Adolescentia, et flos in recto, et

æqualiter. unde ut foret Metaphora dicendum esset sine addito: militia hominis omissa vita. flos ætatis omissa adolescentia.

3tio. Non est Metaphora: si dicas: Marcellus est alter Hercules, alter Cicero ingenio n̄ inferior Aristotele Lupo foracior. p.p. Hæ, et similes propositiones sunt tantum comperationes, et quidem satis expressæ. p.

4to. Denique n̄ sunt Metaphoræ hæc, et similia: ut Butyrum mane est aurum, meridie argentum, vesperi plumbum. Item: vinum est Adolescentiæ flama, libido est animorum venenum. p. ratio ex dictis desumitur; quia nempe in istis simile n̄ ponitur loco alterius, sed tantum ad alterum; quod est contra rationem, et definitionem huius tropi.

Q: quænam est praxis, et modus faciendi Metaphoram?

R: Sequens. primo quære cui res hæc determinata et per nomen suum significata, sit similis? Edo: omissa similitudinis expressione pone nomen alterius rei, cui hæc res determinata est similis, pro nomine huius rei determinatæ proprio, et habebis Metaphoram.

Q: Unde dignoscitur quod hoc, vel illud vocabulum in oratione sumatur Metaphorice, aut Metonimice vel Synecdochice?

R: quaerendo ex te ipso, cur hoc vox pro ista v: g: Nasus Aquilinus pro naso adunco ponatur? et statim deprehendes, quod sit Metaphora, seu quod hoc vox aquilinus Metaphorice accipiatur; idqs propter similitudinem, quaeritur ad hunc, rostrum aquilinum et aduncum hominis nasum intercedit. Unde bene et cum fundamento hoc vox aquilinus à rostro aquilo, cui proprie convenit, transfertur ad nasum hominis aduncum cui improprie convenit.

Quaeres si quaeras, cur puppis v: g: pro Navi ponatur ales pro aquila mox colligere potes.

Nam puppis est pars navis, et ponitur pro tota navi; ales est genus aquilo, aquila verò species seu pars sub genere comprehensa ponitur itaqs genus pro specie. quae omnia ad Synecdochen pertinent.

Denique si quaeras qualis v: g: sit hic tropus, dum dico mors pallida? et statim invenies hanc vocem Epithetum accipi Metonimice; eo quod propriè eventui conveniat, et Causa tribuatur, Mors est, quae

pallidos facit homines. Idem est de aliis tropis, et eorum speciebus, quorum differentias si bene perspectas habueris, facile dignosces ad qualem tropum quolibet vox pertineat.

Q: quotuplex est Metaphora, seu translatio?

R: quatruplex quia quatuor modis fieri potest. Primo modo est. quando significatio, vel vox ab animato transfertur ad animatum, idq; propter similitudinem, quo inter illa duo animata intercedit. ut: Tyrannus pro furore rugit. ubi vides, quod Leo rugit, quod proprie convenit leoni ab illo propter similitudinem transferatur ad Tyrannum crudeliter vociferantem, adeoq; ab animatum ad aliud animatum, per tho animatum vero hic intelligitur quidquid vivit sive dein vivat vita rationali, ut: homo, Angelus, Deus, seu vita sentitiva ut Bruta. seu denique vegetativa tantum, ut arbor, flos, herba radix. Ad hunc modum pertinent illo Metaphoro, quo à sensibus ad intellectum, aut ab uno sensu ad alia fiunt. Sic sentire, pro judicare accipiatur.

videre, pro intelligere, vel cognoscere, olfacere, odorari aliquam rem, odorabilem pro advertere rd. juxta hunc modum etiam oculus mentis dicitur, conceptus noster partus ingenij cœcum judicium p. vocatur.

2dus modus est, quando ab inanimatis transfertur significatio ad similiter inanimata. ut: res ad vota fluunt. agnosco veteris livoris flamas; Nam licet odium, livor, et his similia sint in re animata, ipsa tamen n sunt animata juxta hunc modum etiam dicimus fulmen, vel flumen Eloquentiæ. oratio dulcis. stamineum acumen. Palæstra literaria. concentus virtutum p.

3tius modus est, quando ab inanimato, ad animatum transfertur significatio. hoc modo dicitur caput, cerebrum serenum. vino sumnóqs sepultus. spirare minas; à vento transfertur ad hominem. huc pertinet: expolire animum. fulmen Belli pro scipione fulcrum civitatis. Columna Ecclesiæ, humo plumbeus, ferreus.

4tus modus est, quando ab animato ad inanimatum transfertur significatio. ut: virtus angelica. stylus floridus. pes, radix montis p. habet hic modus miram gratiam, mirificéqs animos afficit, si rebus inanimatis actum aliquem v: g: affectum, vel vocem, aut vitam tribuamus. ut: saxa, et parietes tua opera loquuntur.

scamna.

Scamna testantur, et clamant signitiem tuam. juxta hunc modum etiam sopissime sacra ipsa scriptura loquitur, ut de sanguine Abelis à Caino enecati: vox sanguinis clamat de terra ad me. Coeli ennarrant gloriam Dei. &c.

Licet autem Metaphora tropus sit omnium illustrissimus, et maximam elegantiam orationi tribuat, si moderate adhibeatur, tunc etiam facile vitiis inclinare potest, quo proinde sunt caute vitanda. vitabuntur autem si similitudo n̄ sit longe petita, scilicet à rebus obscuris, et minus notis, si sit ducta à rebus abstrusis, et n̄ obviis, et magis notis Metaphora non intelligetur. Sic vitiosum esset, si hominem inconstantem diceres Cycladem, enim omnibus compertum est, Insulas Cyclades esse mobiles.

De Synecdoche.

Q: quid est Synecdoche?

R: Synecdoche seu conceptio est tropus in quo aliqua re alia res in idem affinis concipitur, et proponitur.

Q: quot modis fieri potest Synecdoche?

R: septem j. quando ponitur pro totum, ut tectum pro domo, moenia pro urbe 2. Cùm ponitur totum pro parte, ut bibit fontem id est partem vel aliquid aliquo fontono. 3. quando unus ponitur pro pluribus, ut Ci. pro

4to quando ponuntur plures pro uno. ut: Mexandri, Marcelli, Cesares, pro Mexandro, Marcello, Cesare.

5to. quando ponitur genus pro specie, seu vox universalis pro particulari, vel nomen appellativum pro nomine proprio v: g: Bestia pro Leone, arbor pro lauro.

6to. species pro genere, seu vox singularis pro universali. ut vinum falernum, vel massicum, aut mamertinum, et syracusium /: hoc enim sunt vina prestantissima :/ pro quovis vino.

7mo. materia pro re facta, seu composita ex illa. ut ferrum pro ense. aurum, argentum, pro moneta.

De Metonymia.

Q: quid est Metonymia, seu transnominatio?

R: Est tropus, quo unum loco alterius nominatur.

Q: quot modis fieri solet?

R: Sex. scilicet 1mo. Cùm nominatur causa pro effecto,

Inventor rei pro re inventa, Auctor rei pro ipsa re. ut: hoc est mea manu, id est mea scriptura. ex integro legi Ciceronem, id est, omnes eig libros. ℣.

2do. Cùm sumitur effectus pro causa. ut: Tu es mea voluptas, meo delitio, meum gaudium, meus dolor. ℣. id est, tu es causa doloris, voluptatis. ℣. Item Christus est pax nostra, vita nostra, salus nostra. ℣. id est causa pacis, vitæ. ℣. vel cùm epithetum aliquod, quod effectui competit, eius causæ tribuitur - ut: pallida mors, quia hoc pallidos facit.

3tio. quando accipitur continens pro re contenta, Schola docta, pigra, pro Scholaribg Doctis, pigris. Mundus totus in maligno est positus, ubi accipitur Mundus pro hominibg in mundo existentibg. Nolite portare saculum neg peram, id est, pecuniam et res, quæ portantur in saculo, et pera, pecavi in cœlum, id est, in Deum.

4. to. Res contenta pro continente. ut: ibi vina coronant, id est, vitra vel pocala, in quibg vinum continetur.

5to: Possessor pro re possessa. ut: si frequenter habueris hospites, devorabunt te, id est, res tuas. modo etiam

potest vicissim res possessa poni pro possessore, stultitiam patiuntur opes, id est, Divites.

Oto. Denique quando signum qualecunque, scilicet vel naturale, vel ex instituto ponitur pro re significata. ut: palma pro victoria. fumus pro igne, hedera pro vino vinali. Huc pertinent etiam hoc, et similia: non auferetur sceptrum de Juda, id est, Regia potestas, huius signum est sceptrum. Canos tuos veneror, id est, senectutem tuam, cuius signum sunt cani capilli

De Antonomasia.

Q: quid est antonomasia, seu pronominatio?

R: Est tropus, qui pro vero, ac proprio nomine alicuius ponit aliquod aliud nomen /: sive dein illud sit substantivum, sive adjectivum :/ Idque propter excellentiam, quamvis illud nomen etiam aliis comune esse debeat.

Q: Quaenam requiruntur ad antonomasiam?

R: ~~Sapientia~~ sequentia Primum est, ut nomen, quod pro altero ponitur, sit comune etiam aliis, hoc est latius in significatione pateat, quam illud pro quo ponitur, ut sic

uni attribuatur, ac si ipsi soli proprie competeret adeoq; nomen illud ut dictum debet esse etiam aliis cōmune; sic q; duntaxat fit translatio vocis à propria significatione in alienam, quod ad tropum requisitus scilicet à significatione communi ad singularem; et quod pluribq convenit ex ratione sui significati uni applicatur ac si ipsi proprium esset, sibiq soli conveniret.

2do. requisitus, ut nomen generale, seu aliis comune ponatur pro nomine singulari, seu pro aliquo in individuo. Si q tantum poneretur pro specie iam n esset antonomasia, sed synecdoche.

3tio. requisitus excellentia, propter quam aliquod nomen uni in singulari, ac in individuo pro aliis specialiter conveniat, eiq soli attribui possit. Excellentia q debet esse causa, et ratio, cui nomen aliquod aliis communi seu aliis etiam conveniens uni soli tribuatur, et posito illo nomine ipse solus, n vero etm alij subintelligantur. Sic antonomastice loqueris, quando pro Divo Paulo ponis Apostolum Doctorem gentium. pro Ciceone Romanum oratorem. Pro Aristotile Phylosophum. Pro Seneca Romanum Phylosophum, Pro Divo Thoma aquin. f. Doctorem

Pro Roma urbem s. quia hæc nomina licet etiam aliis sint comunia istis tamen individuis competunt, specialiter præ aliis propter excellentiam.

Ex dictis colliges, quod si v.g. dicam: Cæsar Turcam timet, id est exercitum turcicum tho turcam n̄ sit antonomasia, sed vel Synecdoche, cùm accipiatur unus pro pluribꝰ, sive pro integro exercitu turcico vel Metonomia; cùm sub tho turcam intelligi possit Possessor pro re possessa scilicet pro exercitu, quod pertinet ad Imperatorem turcarum, cuiꝰ is est Doming. si autē dicam, Cæsar n̄ vult inire pacem cum turca: erit antonomasia; quia in hac propositione sub tho turca intelligitur turcarum Imperator quatenus est inter turcas suppremus, id est, si dicam: Hispanus pugnat cum gallo: aut: Hispanus fecit pacem cum gallo, in priori enim propositione tho Hispanus, et tho gallꝰ tantum Synecdochice, vel etiam Metonimice accipiunt, in posteriori verò utrumqꝫ antonomastice;

Colliges 2do. antonomastice accipi, et exponi hæc, et similia dicta s. scripturæ scilicet exodi tertio. Ego sum, qui sum. quia esse omnibꝰ comune soli Deo competit per excellentiam; is e solus

Nemo bonus nisi solus Deus. Luc. 18. Sic passim Prophetæ: hoc dicit Dominus, quia Deus per excellentiam suam id est, per suum esse Dominus, et bonus. quo sensu auditores illud: tu solus sanctus, tu solus Dominus. Nempe per essentiam suam Divinam nos e boni, et sancti, ac Domini sumus solum per participationem ab illo. Sic etiam antonomastice accipiendum est illud Matthæi 23. Patrem nolite vocare super terram.

nec Magistri; unus est e Pater noster, qui est in cœlis, et unus Magister scilicet Xtus. Nempe per excellentiam. Huc spectant illæ locutiones, quibus dicimus: Rex christianissimus pro Rege Galliæ. Rex catholicus pro Rege Hispaniæ Pontifex pro vicario christi; licet hoc non etiam sit commune Episcopis.

Colliges 3tio. non esse antonomasiam si sonaturus: g. facultas dicendi pro Rhetorica. Studium sapientiæ pro Philosophia, Regina florum pro Rosa, Regina urbium pro Roma. Regina Poli pro B: virgine. s. Hæc nomina non sunt aliis communia, sed ipsis solis proprie competunt, neque eis propter excellentiam attribuuntur, sed ipsam excellentiam super alia significant.

Colliges 4to: Non esse antonomasiam. si dicam:

Sunt etiam nostra ætate Tullij, St Alexandri, sunt Marones &c. quia hæc nomina aliis n̄ attribuuntur propter excellentiam æqualem sed solumodo quia sunt minus excellentes.

Q: unde desumenda est excellentia ad antonomasiam requisita?

R: aliquando à natura, ut in Deo, quando de ipso dicimus quod sit solus Sanctus vel à singulari studio, ingenio, zelo, ut Philosophus, orator, Apostolus &c. vel à dignitate, et potestate ut Pontifex. vel denique à factis specialibus ut Rex Chatholicus, eversor Cartaginensis Nam licet etiam alij Cartaginem everterint, scilicet, illam tā scipio evertis eminenter tanquam Dux exercitus, et Auctor &c.

Q: quid habet affinitatem cum antonomasia?

R: Epithetum, quod tamen n̄ est tropus, quia n̄ ponitur pro nomine, sed nomini solum opponitur. hinc si dicatur. Regius vates erit antonomasia. si verò dicatur David Regius vates: tunc posteriora Duo verba erunt Epithetum. seu appositio, vel appositum

De Onomotopeia.

Q: Quid est onomatopeia ?
R: Est fictio Nominis propter similitudinem vocis artificialis cum sono rei naturali. dixi: cum sono. n cum re. sic buccina à buca, et cano n est huig loci, quia est ad similitudinem rei n vero soni. Exempla huig tropi sunt balatus, rugitus, hinnitus, ululatus, mugitus. p. stem balare, rugire, hinnire. p. quia hoc verba, et nomina ad similitudinem soni naturalis certorum animalium scilicet ovis, Leonis, equi, Lupi, bovis. p. sunt efficata.

De Catachresi.

Q: quid est Catachresis ?
R: Est tropus, qui vocem à propria significatione transfert in alienam, vel propter similitudinem minus perfectam, minúsq; propriam, vel propter vicinitatem unig rei cum altera. Exempla similitudinis ming proprie quam plurima sunt in sacris literis v. g: in Corde terre, in ore gladij, in ore facei ædificavit Deus ex costa mulierem, id est, formavit. ædificare enim est ædes facere. dicitur autem ædificasse mulierem per catachresin, quia inter ædificati-

onem odium, et formationem Mulieris ex costa Adami intercedit aliqua similitudo ming perfecta exempla verò in quibꝫ vicinum, et propinquum sumitur pro proprio pariter in magno numero continentur in sacris scripturis. Sic Joannis Sacramentum Corporis Christi dicitur panis: Qui manducat hunc panem vivet in aeternũ. Panis, inquam, dicitur à vicino, et propinquo, eo quod immediate, et proxime ante consecrationem fuerit panis.

Q: quomodo differt Catachresis à Metaphora?

R: per hoc, quod Metaphora nullam propinquitatẽ vel vicinitatem, sed solum similitudinem, et quidem perfectam, et univocam admittat: Catachresis verò analogam, ming perfectam, et ming propriam.

De Metalepsi.

Q: quid est Metalepsis?

R: Est tropus, qui significationem remotam, et longinquam ponit pro propria. seu est tropus, in quo ex una re nominata alia gradatim intelligitur. ut post aliquot mea regna videns mirabor aristas. id est, post aliquot annos, nam ex aristis ad spicas, à spicis ad se-

getes, è segetibꝰ ad messes, è messibꝰ ad ostates, ab ostatibꝰ ad annos intelligendos ascendimꝰ. quiꝫ tamen tropus omnino rarꝰ est, et Poetarum magis, quam oratoribꝰ.

De Tropis Sententiarum.

Q: quid est allegoria?

R: est continuata metaphora, quæ similitudinem in una cadémqꝫ re continet, seu: est tropus qui aliud verbis, et aliud sensu exprimit, per similitudinem perpetuam occultam tamen et ñ raro etiam contrarium innuit.

Dum autem Allegoria contrarium ostendit et simul etiam Ironia; itaqꝫ allegoria in hoc casu ñ differt intrinsece ab Ironia, quia etiam hoc ñ minꝰ quam Allegoria aliud verbis, et aliud sensu ostendit, ac insuper contrariu.

Quod verò Ironia superadderꝫ sit, pronominandi modꝫ v: g: Risus, vel gestus ludicrꝫ, hoc verborum significationi est solum quid extrinsecum ñ verò intrinsecum; adeoqꝫ allegoria, ab Ironia differt solum extrinsece.

Q: quid in construenda allegoria potissimum observari debet?

R: Primo, ut in ea verba apperta, et rei, de qua agitur propria permisceantur; ne videlicet in obscurum deniget quod enigma dicitur Sic Cic: pro Milone. Coteras tempestates, et procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper Milonis putavi esse secundas ubi sola vox concionum adhibita obscuritatem tollit.

2do. ut in eodem genere translationis allegoria finiatur, in quo genere incepta est. quod fit, si similitudo semper continuetur, desumendo nimirum verba à re simili, et tribuendo alteri, de qua allegoria tractat. hinc male dicetur allegorice: grande discordiarum excitavit incendium, quod tot animarum millia naufragium passa sunt pro consumpta fuerunt.

Q: quonam Allegoria est prostantissima?

R: ea, quo translationi admixtam habet elegantem similitudinem. ut. Cic: pro Murena quod fretum quem Euripum, tot motus, tantas tam varias habere putatis, agitationes fluctuum, quantas perturbationes, et quantos ostus habet oratio conitionum. Dies intermissus unus, aut nox interposita sopi-

perturbat omnia, & totam opinionem parva nonnunquam cōmutat ausa Rumoris.

Q: quonam ad allegoriam reducuntur?

R: 1mo. Parabolo ido Evangelico, ut de femine, de vinea, de arbore bona, et fruct, de Pastore bono, hoc ē omnia allegoriam sapiunt.

2do. Proverbia tam sacra, quam profana. Sacra sunt Cantavimg vobis, et n̄ saltastis Luc: 7. n̄ alligatis os bovi trituranti. 6ma ad Timot. 5. Eijce trabem primum de oculo tuo Luc 6. Modicum fermentū totam Massam corrumpit ad gal: 5. Profana sunt v:g: aliēno spectatus mantica lergo. Cicero pro Murena. Instus, intg inquam, est equus trojanus. id est. insidiq sunt in urbe post abitum Catilenæ. Non procul à proprio stipite poma cadunt. Nec in bellem progenerant aquilo columbam n̄ omne, quod fulget aurum, sensus est n̄ omnes, qui boni apparent, sunt boni. n̄ irritandi sunt Crabrones. sensus est, n̄ sunt lædendi, quo losi possunt nocere.

Ubi tamen te monitum velim, n̄ omnia proverbia esse huig loci, sed solum ilba, quo sunt allegorica, seu

quæ veritatem sub in volucro similitudinis occultant. alia ē ad alios tropos referuntur, vel sunt tantum nudæ gnomæ, veritates, et sententiæ. uti est v. g: Hoc ex ungue Leonem, vel quod potest simul referri ad allegoriam, et simul ad Metonimiam, et quidem ad hanc in quantum est signo res panditur: ad illam in quantum aliud notat, quam verba significant. si verò dicas: sine Cerere, et baccho friget venq. est tantum Metonimia. si denique duas: quisquis suos patitur manes: nullq est tropus sed nuda veritas.

Q: unde dignosci potest Ironia, vel allegoria Ironica?

R: Ex gestu ludicro, vel risu, aut voce modificata. quando verò notum est Auditoribq, quod res vel persona habeat contrarium, et aliud, quàm dicimq tum sine irrisione serio aliquid pronunciari potest, fitqs cum eo majori gratia, quo magis Ironia dissimulatur. sic Cicero in verr ultima. Post verris injustitiam in administratione Siciliæ demonstratam explamat: Verres homo sanctq, et diligens. Denique vel maxime etiam dignoscitur Ironia ex.

pronunciatione ut: si dicas ô lepidum caput, ô sci
tum, et urbanum hominē. vide amabo prudentiam
hominis, ne iste mihi sit doctissimum caput.

Rursus ex ipsa persona. ut: si virum parvum voce =
gigantem. Neronem Mitissimum Imperatorem, aut
si de divide, et simul avaro dicam, pauperrimus
Irꝰ est, sua inopia prope diem ipsum roget stipem
quærere. ꝯ.

Demum ex ipsa rei natura. ut: si de duro, et saxeo
stato dicam: quam molle est hic cubare. de ignitis
carbonibꝰ: quàm formosæ, gratóqꝫ rosæ.

Quod si verò res, aut persona ignota sit, potest
adijci vox aut constructio ex qua patet nos Ironi-
cè loqui. ut: quam generosus est Miles, qui ad con-
spectum hostis trepidat, est velox sicut testudo, est
homo studiosus, sed in poculis n̄ in libris.

De Periphrasi.

Q. quid est Periphrasis?

R: Est tropus, qui plurium verborum significatio-

nem ponit pro significatione unig verbi. Et hic
est tropus sermonis, qui aliàs Latine dicitur cir-
cumscriptio, circumlocutio. p.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST